

52 Non scientia efficere Christia. CAP. 5.
re, & verbo divino conformare: Clamabi, inquit Psal. 119. ex toto corde meo,
exaudi me Domine: justificaciones tuas re-
quiram. Nimirum citra orationem af-
fiduam sancte non vivitur. Sana me Do-
mine, ait Jerem. cap. 17. & sanabor: sal-
vum me fac, & salbus ero: quoniam Laus
mea es tu. Et B. David Clamabi ad te, ad-
juba me, ut custodiam mandata tua. Nam
peccatum & regnum Diaboli potentio-
rasunt in homine, quam ut sine divi-
no auxilio res tanta confici possit. De-
inde ut sciamus per focordiam nobis
Fugienda ipsis nos deesse non debere, sed excu-
Acedia. tiendam ignaviam, nec negligenter &
somnolenter in tanto talique negocio
versandum esse, addit: Præbeni in ma-
turitate & clamabi: quia in herba tua su-
persperavi. Præbenerunt oculi mei ad te di-
luculo: ut meditarer eloquias tuas. Et B. Isai.
cap. 50. verbis utitur observatione di-
gnissimis: Eredit mane, inquit, manè eri-
git mihi aurem, ut audiā quasi magistrum.
Cui similia sunt illa in Cantico cap. 5.
Ego dormio, & cor meum vigilat: vox dile-
cti mei pulsantis, &c: Quibus verbis in-
sinuatur nobis preter alia paterna cu-
ra & philanthropia Dei nostri, cuius
summæ deliciæ sunt versari cum filijs
ho-